

Beiheft

2

S 113

1275 August 29 Coesfeld.

Everhard, Elekt von Münster, bekundet die Übertragung eines Erbes, ^[45] ~~113~~
Billerbeck, an das Stift Barlar.

Nos Everhardus, Dei gratia Monasteriensis electus, recognoscimus in his
scriptis et omnibus cupimus notum esse, quod Hermannus de Bermetvelde
dictus Werence miles cum uxore et liberis suis ac veris haeredibus suis
constitutus coram nobis proprietatem domus dicte Bertholdinck, sitae apud
Vrilwick in parochia Billerbecke, quam dilecti in Christo praepositus et capi-
tulum ecclesiae Varlarensis Praemonstratensis ordinis, nostrae dioecesis ab
Adolpho dicto Werence milite iusto titulo compararunt, libere, sponte et sine
ulla coactione ad usus dictorum praepositi et capituli ecclesiae Varlarensis
resignarunt et dictam proprietatem cum omnibus suis attinentiis in dictam
ecclesiam Varlareensem transtulerunt, super quo nos rogati ab ipsis Hermanno,
uxore sua et haeredibus eorundem praesens scriptum fieri fecimus et sigillo
nostro communiri. Actum in praesentia multorum fidelium nostrorum apud
Coesfelde anno Domini M^{CC}O^{LXX} quinto, die decollationis beati Joannis.
Kopie im Barlarer Kopiar S. 20.